

*di. quest. 21. Lotter. de re beneficiar. lib. 1. quest. 34. n. 29. Pet. Greg. syntagm. lib. 40. cap. 10. à n. 6. ubi addit, aliud esse Notorium præsumptum, cum scilicet notorietas nititur præsumptione, ut quando quis communiter pro filio alicujus habetur, quia ab illo filius nominatur, & tractatur ut talis.*

60 *Ex his defendi potest Ripa, si dicamus loqui de notorietate judiciali; nam in judicio actus transitorius, seu momentaneus, notorius proprie fieri non potest, cum necessario per testes, aut instrumenta sit probandus; quod secus evenit in actu permanente, qui cum oculis judicantis subjici possit, probatione alia non eget; Joseph. Ludovic. decis. 62. h. 21. Mascard. conclus. 1106. nu. 20. Tondut. supra part. 1. cap. 41. nu. 12. quare stridit verbo. Notorium, sumpto, vera est Ripa assertio, quia actus momentaneus notorius proprie fieri non valet in indicio, sicut permanens.*

61 *Ex quo egregia oritur differentia inter Notorium transiens, & permanens; hoc enim juris & de jure præsumptionem elidit; illud adversum eam non admittitur; Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 67. nu. 3. Alciat. eod. tract. part. 2. n. 15. Roman. conf. 350. Idemque juris est quoad rem judicatam; Menoch. & Alciat. ibidem, Felin. in ca. quoniam contra, fallent. 4. de probat. Præerea ubi adest Notorium facti transeuntis, ordo judiciarius servari debet; non sic permanentis, nam ille omittitur; Menoch. lib. 2. de arbitrar. cas. 235. n. 14. Aretin. conf. 163. n. 6. Grammatic. decis. 36. n. 44. Pet. Gregor. num. 6.*

Verum immerito Bartolus reprehenditur.

Quamvis Ripam defendere conati fuerimus; tamen Bartoli sententia, cui D. Covar. accedit, falsa non est, si Notorium in sua lata significatione accipiat, tam de notorietate propria facti, quam impropria juris.

Verf. Item idem Alexander.

62 *Negativa simplex, sive indeterminata, potest per adversarii confessionem, vel instrumenta probari; Tondut. d. cap. 4. §. 1. n. 20. Cyriac. tom. 2. controvers. 32. n. 7. Bart. in l. fin. quest. 1. C. de reb. credit. Herculan. supra, n. 167. Menoch. conf. 259. n. 5. Pacian. lib. 1. cap. 37. n. 7. & cap. 38. n. 2. cum aliis capitib. seqq. ubi latissime de modo probandi Negativam, Mascard. conclus. 1087. n. 11. Flamin. de resignat. beneficiar. lib. 11. quest. 14. n. 10. Cardos. supra, verb. probatio, n. 31. Surd. 300. n. 11. Farinac. d. quest. 65. à nu. 218. Amat. sup.*

Ibi: Et tamen per hoc, notorium quid efficitur.

63 *Notorium dicitur, quod per confessionem partis, instrumenta, vel alias legitimas probationes constat ex actis, Menoch. ex aliis, d. cas. 160. n. 6. Mascard. conclus. 1101. à n. 13. Joseph. Ludovic. decis. 20. n. 2. part. 1. Farinac. supra, part. 1. quest. 9. n. 20. Aldred. de religiof. disciplin. lib. 1. cap. 5. §. 2. n. 10. Acta enim rem notoriam efficiunt, Farinac. d. quest. 21. n. 14. Surd. conf. 154. nu. 25. Roland. conf. 41. n. 30. vol. 1. Bec. conf. 40. n. 3. vol. 1. Sed hoc improprie Notorium dicitur, quia non facti veritate, sed juris autoritate nititur: potest enim aliqua tergiversatione excusari, nempe falsitate probationum, vel ipsius consentientis mendatio; lib. 1. & per totum tit. C. si ex fals. instr. vel testim. iud. sit. l. 1. §. Si quis ultrò ff. de question.*

Ibi: Sed hec vera sunt de Notorio juris.

Quid sit Notorium juris, & quid facti? dictum est supra, num. 59.

Ibi: Sed & id locum obtinet in Negativa.

De Negativa coarctata, ejusque probatione; 64 Pacian. lib. 1. ca. 40. per tot. Menoch. l. 2. præf. 50. n. 13. Lotter. de re beneficiar. lib. 3. q. 26. n. 93. & 94.

Verf. Ex his apparet.

Istis addenda sunt tradita supra, n. 55. pro interpretatione d. si constanter; ex illis enim colligitur, verum esse, quod Bartoli sententia rejecta, hic D. Covar. docet: ex quo enim legitime paupertas per testes probatur evidentissime constat, mariti facultates ad exactionem dotis non sufficere. Bartoli verò opinio recipi poterit, cum mulier intendit probare, virum suum ad inopiam vergere; quoniam tunc non erit satis, ut testes asserant, viri facultates ad exactionem dotis non sufficere, nisi addiderint, id manifestum esse: quod Ulpianus desiderat.

AD CAPUT VII.

Pluribus eodem incendio vel ruina peremptis, quis alteri supervixisse præsumatur.

SUMMARIUM.

- 1 *Agentes de materia enumerantur.*
- 2 *Feminas majus robur habere in sustinendis vulneribus quam viros, an verum sit?*
- 3 *Masculo, & femina uno partu editis, ille prior egressus creditur.*
- 4 *Si vir & femina pro eodem crimine sint torquenti, ab hac incipit tortura.*
- 5 *L. nihil inter est 32. ff. ad leg. Jul. de adulter. exponitur, & num. 6.*
- 7 *Mare, & femina eodem conflictu peremptis, quis prior de esse præsumatur & n. 56.*
- 8 *Cum quid defertur conjugii, qui in matrimonio decesserit, utroque simul ruina vel alio modo extincto, debetur & num. 9.*
- 10 *Donatio inter virum, & uxorem, utroque simul mortuo, confirmatur.*
- 11 *Idem est inter patrem, & filium-fam.*
- 12 *Donatio inter conjuges, ut confirmetur morte, traditionem requirit.*
- 13 *An facta sit satis?*
- 14 *Dominium rei donata inter conjuges penes donatarium permanet, etsi tradatur.*
- 15 *In Hispania num donatio inter virum & uxorem subsistat.*
- 16 *De ratione l. si inter, ff. de reb. dub.*
- 17 *Donatio inter conjuges morte civili confirmatur.*
- 18 *De interpretatione d. l. si inter, & n. 19.*
- 20 *Donationes inter virum & uxorem, an favorabiles, vel odiosæ habeantur.*
- 21 *Si vir & uxor, quorum unus alteri donaverit, diverso loco, aut tempore decesserit, & quis prior mortuus ignoretur, successori qui egerit, onus probationis incumbit.*
- 22 *Donatio inter conjuges putativos morte non confirmatur, imò prius est nulla. Limitatur, ibid.*
- 23 *Nonnulla circa l. ex facto 17. §. Si quis autem ff. ad Trebellian. adnotantur.*

- 24 *Substitutus si sine liberis institutus decessat, an teneatur probare, filios non existisse mortis tempore? & n. 32.*
- 25 *Ægyptiorum ratio, propter quam hominis vitam ad centum annorum restrixerunt, & n. 26. 27.*
- 28 *Homo ad centum annos vivere an præsumatur? & n. 31. 34.*
- 29 *Homo mortuus præsumitur, centum elapsis annis ab ejus natalitate.*
- 30 *Vitam vel mortem alicujus allegans, ad probandum astringitur.*
- 31 *Allegans vivere aliquem, quem vixisse constat, num ad probationem teneatur?*
- 35 *Substitutus pupillaris an, & quando probare teneatur, eum, de cujus hæreditate agitur, intra impubertatem obiisse, 36. & 37.*
- 38 *Distinctio Bartoli inter dispositionem legis, & hominis improbatum.*
- 39 *Quoties ex statuto lucrum aliquod defertur ei, qui ex conjugibus supervixerit, utroque una extincto, nihil debetur. Quod ampliatur ibid.*
- 40 *De intellectu l. quod de pariter, ff. de reb. dub. & n. 41. 42.*
- 43 *Substitutus, & substitutus, si eodem casu simul perierint, substitutio evanescit.*
- 44 *Mortuo simul donatore causa mortis & donatario donatio consistit.*
- 45 *Pluribus pariter extinctis eodem naufragio, aut ruina, nullus prior, aut posterior obiisse creditur.*
- 46 *Ratio ad l. ex facto 17. §. Si quis autem, ff. ad Trebel. redditur.*
- 47 *Patre cum filiis eodem casu perempto, quis prior decessisse præsumatur.*
- 48 *Favore matris filius patri supervixisse creditur etiam si sit impubes, num. 49.*
- 50 *Pubes à pupillo non differt quoad corporis vires si proximus sit impubertati.*
- 51 *Infans cum genitrice extinctus, prius periisse præsumitur in casu l. inter focer. ff. de pact. dot.*
- 52 *Pupillus sit una cum sibi substituto pereat, non creditur prior spiritum emisisse.*
- 53 *Filius cum parente liberto si simul occubuerit, supervivere favore patroni non censetur.*
- 54 *Quid in patroni hærede.*
- 55 *Decisio l. ex facto 17. §. Si quis autem, ff. ad Trebel. an habeat locum si ascendens substituit?*

DE his scripserunt latissime Jacob. Menoch. de præf. l. 6. præf. 50. Alciat. eod. tract. reg. 1. præf. 49. Pacian. de probat. l. 2. c. 7. ex n. 10. & c. 8. Ludov. Chameran. de probat. l. 1. c. 21. Card. Mant. de conject. ult. volunt. l. 5. tit. 9. à n. 6. cum seq. Costa in l. qui duos §. Cum in bello, verb. Divus Adrian. cret. d. c. & verb. Patrem prius mortuum, Hugo Donel. in d. §. Cum in bello, & in l. si inter, ff. de reb. dub. Fontanel. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glof. 7. p. 2. à n. 38. Gomez Vaio in praxi, l. 2. c. 72. Marc. Ant. Peregr. de fideic. art. 43. Signorol. conf. 9. Vincent. de Franchis dec. 454. Cacheran. Pedemont. decis. 108.

Ad Num. 1.

Hæc sententia, etsi communis sit, improbat, cum multis infra, n. 33. sub n. 6. verf. Nam & hic quintus casus, ubi latius D. Covar.

Ad Num. 2.

2 *Feminas posse graviora vulnera, quam viros absque vitæ amissione sustinere, sentiunt non pauci, Tiraquel. de legib. connubial. 9. n. 225. Marfil. in repetit. rubric. col. 83. verf. Sed ego incidere; C. de*

*probat. Signorol. conf. 67. col. 2. verf. Item intentio mariti. Ludovic. Bolognet. in addit. ad Guidon. Zuza. in tract. de torment. col. 3. & notant communiter Scribentes in l. nihil interest 32. ff. ad leg. Jul. de adul. à quibus dissentit D. Cov. de spons. p. 2. c. 3. §. 4. n. 18. quoniam compertum est feminae masculinum animi, & corporis viribus prævalere ut constat ex Aristot. lib. 9. de histor. anim. cap. 1. & de gener. lib. 4. c. 6. Tiraq. supra, à n. 55. Plin. natur. histor. lib. 11. c. 48. Menoch. d. lib. 6. præf. 51. nu. 20. Joan. Lecrier. de primogenit. lib. 1. quest. 11. nu. 3. Pacian. d. c. 8. à n. 6. Gomez Vajo supra, n. 2. Sanch. de mar. lib. 7. disp. 24. n. 8. & Ovid. ad Leandrum cecinit ita.*

Fortius ingenium suspicor esse viris, Ut corpus teneris sic mens infirma puellis.

Quod ad eum verum est, ut etiam in rebus inanimatis hujusmodi differentia quoad fortitudinem constituitur, ut in magnete, palma, hedera, & similibus, Plin. lib. 36. cap. 26. Pacian. d. cap. 8. à num. 9. (nam in omnibus, quæ natura gignit, utrumque sexum reperiri, sentiunt Plin. lib. 13. capit. 4. Volsterran. in lib. 26. Philologi.) siquidem quæ masculini sexus sunt, vi, ac magnitudine superant feminea: sed hæc sexus distinctio non à natura provenit, secundum quam masculus est ille, qui generat, & femina, in qua generatur, quod in inanimatis verificari nequit: est tamen ab hominibus inventa, qui ad similitudinem animalium, in sua specie quæ prævalent, mares; & quæ inferiora sunt, feminas nuncupant: quod adnotarunt Cœl. Rhodig. lib. 20. lectio. antiquar. cap. 34. Pacian. ubi proxime, n. 18. Pet. Greg. syntagm. lib. 47. cap. 11. num. 15.

Ex hoc, in jure multa sunt statuta; nam si eodem partu masculus, ac femina edantur, nec appareat quis prior prodiverit in lucem, mas intelligitur præcessisse l. 12. ibi: Edezimos, que si elimo es varon, è el otro fembra, que debemos entender, que el varon salio primero, tit. 32. part. 7. Pacian. d. lib. 2. cap. 11. n. 10. Joan. Lecrier. supra. Bald. in l. idem erit. in princip. ff. de stat. homin. Bart. in l. si ita fuerit §. ult. ff. de reb. dub. Gom. Vai. supra, Guid. Pap. de præsumpt. col. 3. verf. Item si in utero, Dec. in l. 2. n. 47. ff. de reg. jur. Tiraquel. in dist. l. 1. n. 59. 67. 68. Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 68. verf. Item etiam dico, Menoch. d. præf. 51. n. 22. & 23. Donel. in d. l. si ita. §. si quamvis non omnes hanc præsumptionem admittant, ut videre licet apud Menoch. ubi proxime n. 21.

Hinc etiam oritur, ut si pro eodem crimine vir, & femina sint torquenti, incipi ab illa tanquam à fragiliori debeat; ut citius, ac facilius veritas detegatur, Pacian. d. c. 8. n. 12. Paz in prax. tom. 1. part. 5. c. 3. §. 1. n. 58. Tiraquel. supra, d. l. 9. n. 134. Gandin. in tractat. de malefic. rubric. de q. & torment. col. 2. Quid. Zuza eod. tract. col. 4. verf. Quo ordine, D. Covar. in d. §. 4. n. 17. 18. Greg. Lop in 5. glof. 2. tit. 30. part. 72. Pat. de Put. de syndicat. verb. fortuna §. V. fo de iudiciis circa medium, Tiraquelus tamen ubi proxime multa refert de feminis in tortura constantissimas, sed id præter naturam sexus contigit; ut ipse advertit.

Constat igitur, nulla ratione defendi posse, virum, & feminam paribus vulneribus affectos, hanc illi supervicturam; Restat modò, ut textui in d. nihil interest, quo ea assertio nititur, satisfaciamus; cui D. Covar. d. n. 18. respondet, ibi non apparere, utrumque pariter fuisse percussu. Sed adhuc adversarii urgebunt quærentes, cur Consultus proposuit, adulteram non occubuisse, adultero perempto, cum in utrumque patet æquali impetu irrueret? etenim secundum virilem fortitudinem adulter potius supervivere præsumeretur, sed Legislator asserit, adulteram



teram fuisse superflitam: ergo quia sexui femineo à natura indultum est, ut in vulneribus sustinendis virilem superet.

6 Cui objectioni dicendum est, rationem specialem ad ista speciem proponendam movisse Consultum lege enim Julia de adulteris permittum fuit patri, ut si filiam, quam habebat sub potestate in ipsis rebus veneris domi suae, vel generi deprehenderet, posset tam ipsam, quam adulterum uno impetu interficere: l. 14. tit. 17. part. 7. l. patri 20. l. nec in ea 22. §. Jus occidendi. & §. fin. l. quod ait lex 23. ff. ad leg. Jul. de adulter. quod si filia, vel adultero parceret, lege Cornelia de sicariis tenebatur, d. l. nihil interest, (non tamen ordinaria, sed mitiori poena afficiebatur, d. l. partitae, l. si adulterium 38. §. Imperatores, ff. eod. tit.) Hinc dubitatum est apud Marcellum, an pater in hujusmodi poenam incideret, si adultero occiso filia graviter vulnerata superfit, & negativè quaestioni respondet; nam ex quo sic illam percussit, colligitur non voluntate, & proposito percipientis, sed facto id contigisse. Ideo autem (ut jam ad propositam difficultatem diluendam accedamus) Consultus praemittit, potius filiam supervivisse, & non adulterum, quoniam casus hic erat, de quo magis poterat dubitari propter praesumptionem, quae ex pietate naturali oriebatur in patrem, cujus ingens amor posset vindicem gladium detinere, ne adulteram penitus, ut adulterum enecaret; in adultero autem haec dubitandi ratio cessabat, manifestumque esset, si ille viveret, filia extincta, hoc contra votum patris evenisse; Marcellus itaque ut utrumque casum unica decisione definiret, magis difficile tractavit; nam cum in eo decidat, patrem non teneri, idem à fortiori debet intelligi, si forsan adulter sic vulneratus superfit; qua ratione cognita apparet, nequaquam inferri posse ex d. l. nihil interest, quod Tiraqueus, & sequaces supra laudati hallucinantur de majore robore in foeminis.

Ibi: Et tunc quatenus ad hunc tractatum.

7 Ex praefata sexus femineo debiliore natura intulerunt interpreses, viro, & muliere simul in eodem conflictu, veluti incendio, terrae motu, aut naufragio pereuntibus, praesumendum esse illum huic supervivisse, Aegid. Bellamer, in c. dilecti, col. 21. vers. undecimo, de arbitr. Francisc. Cremenf. sing. 52. Marfil. in rubric. col. 13. c. de probat. Felin. in c. capitulum Sanctae Crucis, n. 119. vers. De duobus natis, de rescript. Gom. Vai. supra, n. 2. Joan. Lecirier. d. quest. 11. n. 3. vers. Secundum exemplum, quibus favet aperte, d. l. 12. vers. Orozi dezimos, ibi: Entendemos, que la muger, porque es flaca naturalmente moriria primero, tit. 32. part. 7. De quo cum D. Covar. iterum infra, hoc c. n. 10. vers. Omnibus bis ad amissum, ubi contrarium verius esse probabitur. n. 5.

Ad Num. 3.

8 Si ex legis, vel hominis dispositione aliquod iurum conjugibus deferatur, si aliquis ex ipsis in matrimonio decedat, ambobus eodem casu simul extinctis, ita ut non constet, quis ante mortuus fuerit, illud debetur; quoniam conditio censetur impleta; cum enim eos eodem instanti spiritum emisisse praesumatur, matrimonium ante mortem solutum dici non potest, l. si possessor 32. §. fin. ff. de religiof. & sumpt. funer. Menoch. d. praef. 50. n. 3. Pacian. d. c. 8. n. 21. vers. Si tamen; Cremenf. supra, Roland. de lucro. dot. quest. 60. Lucas de penna in l. Principes, cas. 44. C. de principib. agent. in reb. lib. 12. Marfil. supra, n. 416. Joan. Baptit. Afin. in d. l. si possessor. §. ult.

Verf. Secundum hinc infertur.

Consentiant Bartol. in l. si inter, in princip. ff. 9 de reb. dub. Pacian. n. 14. Signorol. d. conf. 9. vers. Hic sic praemisit. Neque enim ratio decidendi l. qui duos 10. §. Si maritus, esse potest, quod praesumatur foemina ob fragilitatem ante maritum decessisse; cum quoniam hoc verum non est, ut dicemus infra n. 56. tum quod, ut verificetur conditio, si in matrimonio uxor decedat, necesse non est, quod eadem praemoriatur, cum sit satis, ut eodem momento cum viro succumbat, Palac. Rub. in rubr. §. 74. n. 2. ad c. per vestras, de donat. inter: unde licet evidenter sciretur utrumque conjugem eodem instanti exspirasse, nihilominus committeretur de deturcanda stipulatio, juxta d. §. Si maritus: quod expressim docuit Consultus in d. l. si possessor. §. ult. & erit locus d. §. Si maritus, decisioni, ut notant Afin. in d. §. ult. Roland. supra, n. 5. Phanic. in commentar. sup. statuto de luc. dot. in rubric. glos. per mortem, n. 38. Menoch. n. 5. qui alios refert.

Verf. Tertium eadem ratione.

Sequitur Menoch. d. praef. 50. num. 4.

Verf. Quartum, ab eadem radice.

Non pauci cum Acurfio labuntur opinantes; viro & uxore simul extinctis, foeminam prius propter debilitatem perisse, quorum aliquos retulimus supra, & alios laudat Menoch. num. 14.

Verf. Quintum, verus inde restat.

Parum quidem ad praesentem tractatum conducit d. l. qui duos, in princip. quando quidem ibi nihil intereat substituti, an simul, vel diversis temporibus instituti, morerentur, fat enim illi erat, quod nullus superesset, ut admitteretur.

Ad Num. 4.

Donatio inter virum & uxorem, traditione interveniente confirmatur, si uterque casu aliquo, ut bello, vel ruina simul pereat, sive maritus uxori donet, sive e contra; nisi probetur, personam, quae donaverat, supervivisse, saltem per temporis momentum; nam constitutione imperatoris Marci stabilitum est, hujusmodi donationes sustineri, nisi donator supervivat ei, cui donatum est: Menoch. à n. 6. & nu. 8. rationem illius constitutionis reddidit Pat. Sanch. de matrim. l. 6. disp. 14. n. 21. Donel. in d. l. si inter, ff. de reb. dub. Fontanel. supra, tom. 1. claus. 4. glos. 7. part. 2. n. 41. 45. Ant. Gom. in l. 50. Taur. n. 65. vers. Si autem ambo, Cofl. in d. §. Cum in bello, verb. cum suo, n. 15. & verb. patrem prius mortuum, n. 15. Alex. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de donat. resolut. 6. n. 4. Molin. de just. disp. 289. n. 11. vers. Quod si ambo, Mantie. supra, l. 21. tit. 9. n. 2.

Idem procedit in donatione inter patrem, & filium sub potestate constitutum, quae morte donatoris confirmatur; nam si ambo simul pereant, sustinebitur, ut late probat Fontanel. ubi prox. à n. 38.

Ibi: Donatio, quae semel valuit traditione praemissa.

Ab omnibus ferè receptum est, quod ut donatio inter

inter conjuges morte confirmetur, traditio praetenditur; non tamen necesse est, in ipso actu donandi intervenire, sufficit enim si postea fiat quocunque tempore ante mortem ejus, qui donaverit; l. Papianus 24. ff. de donat. inter: Ratio est, quia cum haec donatio, ut jure prohibita, nulla sit, nisi traditio sequeretur, nihil esset, quod posset confirmari; Ant. Gom. variar. lib. 2. c. 4. n. 23. vers. Requiritur, Sanch. d. disp. 14. n. 6. Hermos. in l. 2. glos. 1. n. 6. tit. 4. p. 5. Jul. Clar. lib. 4. recept. §. donatio, q. 9. vers. Scias autem, Per. Barbof. in l. quae dotis, n. 57. ff. solut. matrim. Farinac. in prax. crim. tom. 1. q. 25. n. 136. 137. Villalob. commun. opinion. lit. D. verb. donatio, n. 147. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 20. n. 25. & lib. 21. tit. 7. n. 27. Martienç. in l. 5. glos. 2. n. 5. tit. 10. lib. 6. Recopilat. Castill. lib. 4. contr. vers. c. 49. n. 25. Molin. de primogen. lib. 1. c. 12. n. 12. in fine, Per. Greg. syntagmat. lib. 28. c. 11. n. 3: Nec sufficit, donatarium esse in rei donatae possessione, sed debet traditio omnino praecedere, Sanch. ibidem, vers. Addit. Martiençus, Martienç. d. n. 5. Sunt tamen aliqui quos refert Sanch. qui traditionem non esse necessariam existimant, sed communis vera est proculdubio. Idem die de donatione inter patrem, & filium: Per. Greg. sup.

13 Dubium verò in eo versatur, an satis sit quod traditio facta intercedat, ut si donans constituit, se donatarii nomine possidere? & pars affirmativa est communis, quam sustinent Hermos. supra, Anton. Gom. in d. l. 50. n. 65. vers. Unum tamen est, Palac. Rub. in rubric. §. 36. nu. 7. ad cap. per vestras, de donat. int. Sanch. n. 12. Menchac. de successione. progress. lib. 1. §. 1. n. 137. 138. Tiraquel. de jur. Constitut. part. 1. n. 49. Molin. d. disp. 289. n. 5. Trentacinq. supra, n. 2. Borrell. in summ. decis. part. 3. tit. 9. n. 58. Rota decis. 342. n. 1. part. 1. in novissima licet negativam teneat Per. Gregor. sup. cum Masuer. in prax. judicior. §. Item donatio facta per patrem, de donat. & Castrenf. in l. 1. §. Si vir uxori, ff. de acq. poss. quia facta traditio titulum validum desiderat, ut possessionem transferat, argument. l. quod servus 24. ff. de acquir. poss. & late probat. Anton. Gom. in l. 45. Taur. nu. 31. qui nu. 29. & 30. de praecipua quaestione agit resolvens, actum situm transferre possessionem, quando praecedat titulus, qui etsi nullus sit, aliquo modo potest deinceps confirmari ut donatio inter conjuges. Sed verè posterior opinio juri magis congruere videtur. In reciprocis tamen donationibus inter conjuges nulla desideratur traditio, quia cum remuneratoe sint, statim valent, nisi una altera fuerit pinguior; nam tunc, ut quoad excessum valeat morte confirmari, opus erit traditio. Castrenf. in l. si pater filiae, in fine, c. de in offic. testam. Palac. Rub. §. 50. n. 17. Villalob. supra, n. 148. Sanch. n. 11.

14 Est omnino notandum, per traditionem, sive veram, sive factam dominium rerum donatarum minime in donatarium transire, sed penes donantem permanere; l. si id quod 29. ff. de donat. inter. Pat. Molin. n. 8. Ant. Gom. d. n. 65. vers. Adde tamen, Clar. d. 9. n. 7. D. Covar. in rubr. de test. p. 3. n. 6. & 7. ubi cum aliis notat, donationem inter conjuges morte confirmatam, retrotrahi ad tempus, quo fuit facta, quoad fructus inierim perceptos, non quoad dominium. Idem docent Ant. Gom. variar. l. 2. c. 11. n. 30. vers. Tertio & principaliter, Palac. Rub. §. 72. in princip. Pat. Molin. n. 3. Mantie. d. lib. 2. tit. 7. n. 24. Per. Greg. n. 1. quod etiam in natis ex ancillis donatis procedit, ut ipsi advertunt.

15 Sed jure nostro attento, haec omnia cessare videntur ex l. 3. tit. 12. de las donaciones. lib. 3. for. cujus haec verba: Si el marido quisiere dar algo a la Faria addit. ad Covar. Tom. 1.

muger, ó la muger al marido, no aniendo suos pueado facer despues, que fuere el anno pasado é ne ante. E si despues de sta donacion oviere fijo, no vale la donacion suera quanto en su quinto. Ex quo textu donationes inter virum & uxorem in Hispania, illis qualitatibus servatis, validas esse, notarunt Ant. Gom. in d. l. 50. n. 66. in fine, Guttier. de jurament. confirmat. part. 1. c. 3. n. 16. Palac. Rub. §. 54. n. 2. Bernard. Diaz. reg. 213. vers. Quinto fallit, Montalu. in ead. l. 3. Dueñas, regul. 221. in fine. Sed Molin. ubi proxime vers. Gutterius de jurament. confirmat. negat, legem illam usu receptam esse, atque ideo juri communi standum esse ait, quoniam leges fori non vigent, nisi ubi usus eas approbaverit; de quo Sanch. d. lib. 6. disp. 1. n. 5.

Ad Num. 5.

Rationem istam, ad d. l. si inter, probant communiter fere omnes, teste Menochio, d. praef. 50. n. 8. vers. Et quidem omnes: licet aliqui putent, donationem valere; quia, ne actus pereat, praesumitur, ut prius qui donavit moreretur; quod convincitur ex d. l. cum hic, §. Si ambo.

Verf. Secundum hinc verum esse constat.

Quid de morte naturali dicitur, etiam ad civilem est ampliandum; nam si simul conjuges professionem emiserint, ab hostibus fuerint capti, vel alio modo civiliter moriantur, donatio sustinebitur, cum donator non supervivat; Sanch. disp. 14. n. 21. Siquidem certum est, hujusmodi donationes civili morte confirmari, ut videre est apud Sanch. late agentem, d. lib. 6. disp. 17. per totam.

Verf. Tertio eodem jure procedit.

Adde l. si ij qui 26. ff. de donat. caus. mort. Menoch. n. 13. Sanch. d. disp. 14. n. 22.

Verf. Quarto satis manifestum est.

Accedit Pacian. d. c. 8. n. 14. & ita est tenendum, quoniam mulier ob debiliorem naturam non praesumitur ante hominem decedere, si ambo eodem casu pereant; ut dicemus cum D. Covar. infra, in fine hujus capituli.

Verf. Ceterum his.

Hanc difficultatem ortam ex verbo, maxime, posito in d. l. si inter, diluere conatur, Sanch. d. disp. 14. n. 21. vers. Nec obstat argumentum, Menoch. d. n. 9. Alciat. d. reg. i. praesumpt. 49. Pro cujus textus intelligentia liber aliquantulum hic immorari, praenotando, quod verbum, maxime, quamvis frequentissimè in eo sensu accipietur, ut explicans casum minus dubitabilem, idem juris esse in magis difficili denotet implicitè, l. 1. §. Vel maxime, ff. de coll. et. bonor. l. illud §. fin. ad finem ff. de bonor. poss. cont. tabul. Guttier. Canoniar. lib. 1. c. 20. n. 6. Menoch. conf. 1034. n. 8. Hoc nihilominus perpetuum non est sed multoties aliter intelligitur, l. scire oportet 15 §. Aliud etiam, vers. Sed est maxime, ff. de excusat. tutor. l. Labeo 7. §. fin. ff. de supell. et. legat. l. in ambiguis 97. ff. de reg. jur. & alibi passim Glos. in d. l. illud, §. fin. verbo, maxime, quae ait, aliquando particulam illam accipi electivè, ita ut in casu omisso contrarium sit dicendum. Quibus ex locis constat, maxime, usurpari non infrequenter, pro in primis plurimum, sive magnopere, quo sensu usus est Consultus eà particu-